

Sed hoc loco harum scholarum viros insignes & probos *excusatio*  
oro, ne de se scribi putent. Prædico, profiteor, me bono-  
rum ac sapientum hominum in omni genere atq; ordine  
studiosissimū esse nimiū audaces. laudare nō possum. Et,  
si quid erit adsummos uiros Physicos & Mathematicos  
idipsum nō uincēdi nimio studio, sed amicē differēdi, fa-  
ctū à me fuisse cōtendo. Vidēt lectores, nō me arrogāter  
agere, non cōuicia hic vlla, neq; hominū cōtumelias esse.  
Rationes in medium afferam. Quare nullus in me æ-  
quus et iustus lector poterit commoueri. Sed ad propo-  
situm. Contendam Cometis naturam esse etiam nunc i-  
gnoram: ex quo fiet, ut nulli sint istorum terrores, & uati Proposi-  
cīa penitus nulla. Demonstrabo infirma horum esse ar-  
gumenta, & ea, quæ timent & spargunt, primū leuia,  
post nefanda esse, demum nullo pacto fieri posse. Dicam  
in fine, quæ mala post Cometam accidere possint, eadē  
tamen à cometa nullo modo esse. Sed iā nostros Aruspi-  
ces audiamus, qui omnes uno clamant ore:

*Nunquam futilibus excanduit ignibus æther.*

Et addunt.

*Nunc grauibus morbis, & lenta corpora tabe-*  
*Corripit exustis lethalis flamma medullis:*  
*Labentesq; rapit populos, totasq; per urbes*  
*Publica succensis peraguntur fatas sepulchris.*

Vniuersi demū Astrologi, Ptolomæo duce, quidā quoq;  
medici, & nonnulli theologi à Cometa dicunt, dira, hor-  
renda, pestes, clades, excidia, humano generi importari.  
Quibus uocibus auditis, Patrone, uel in montium cauer-  
nis latitandum nobis, & hominum conspectus cauen-  
dus est, uel uidendum quid rei sit, quid isti tam audacter  
minētur. Metuere sine causa desipientis est hominis: qua-  
re hoc ego, te præsertim duce, non comittā. Re i vero na-  
turam inuestigare, uiri sane non tardi, atq; adeò perspica-  
cis est. Quare hoc potius mihi agendum. Primū, *solers. 5.*  
hoc genus hominum cum differit de natura ad poetas  
adit, qui poetæ, nisi materiam philosophicam tractent,

A. 3.